

**Georg Tannstetter<sup>1)</sup> an Vadian.**

*Wien. (1510?) März 16.*

Angeblicher Unwille des Kaisers über Laurenz Saurer und Vadian wegen einer in des Kaisers Grabmal gesteckten Inschrift. Bitte, bei dem Viztum Saurer ein Privileg für astronomische Schriften auszuwirken, und um Empfehlungen, besonders bei Erasmus Strenberger.

Felicitatem<sup>a)</sup> optat. Frater charissime, nuper te abeunte subito figmentum oriebatur: Cæsarem scilicet maxime indignari adversus domi-

num nostrum Laurentium Saurer propter inscriptionem sepulchro Cæsaris reconditam, quod et tuas aures, dum hic eras, non semel pervolavit. Addidere nonnulli, quos æmulos<sup>b)</sup> tuos esse arbitror, vicedominum ob eam rem vocatum, qui tandem coram Cæsarea maiestate omnem culpam in te transtulisset, tanquam in illum, qui litteras illas adulationis gratia confecisset. Postea autem et te ob eam rem vocatum esse existimant, nec tui æmuli<sup>b)</sup> aliter sperant, quin indignationem Cæsaris incideris. Age igitur, mi Ioachime, ut cum gloria redeas et propositum tuum ad finem optatum traducas, ne æmulis<sup>b)</sup> tuis fabula fias. Vellem etiam, quod vicedominum nostrum<sup>c)</sup> ad partem, nemine præsentem<sup>b)</sup>, de tot et tam iniquis oblocutionibus certiolem faceres. Fortassis et ipse cogitaret, ut gloriosius rediret et tot suos æmulos<sup>b)</sup> et oblocutores inani et perversa spe frustraret penitus. Ceterum<sup>d)</sup> copiam domino meo vicedomino privilegii cuiusdam dati astronomo Heidelbergensi<sup>e)</sup> mitto, cuius tenor est: *Ne quispiam, nisi cui dederit, prognostica sua et schedas minutionum imprimere audeat in 10 annis.* Cupio habere simile privilegium et extendi paulo altius copiam ad alios libellos vel tractatulos proprio meo ingenio elaboratos: Procli commentum<sup>f)</sup> sphæræ<sup>b)</sup> et alia, de quibus sæpe<sup>b)</sup> nobis conversatio fuit<sup>2)</sup>. Tu, rogo, sollicita mihi apud dominum vicedominum, quia variis aliis et quidem maioribus involutus est negotiis, meque illi commenda et apud alios, ubi occasio se dederit, præsertim<sup>b)</sup> apud d(ominum) Erasmus Strenberger, commenda iudicia<sup>g)</sup> mea per terræ<sup>b)</sup> motum, quem ego solus prædixi<sup>b)</sup>, etiam apud vicedominum; ita enim oportet amicus pro amico facere inter curiales. Ego hic, ut semper feci, honorem et commodum, quocunque possum, procurabo. Vale. Ex Vienna, 16 Martii.

*Georgius Tannstetter* d(oc)tor).

Præstantissimo viro domino Ioachimo Vadiano, artium et philosophiæ magistro, poetices candidato, amico et confratri optimo.

An maister Joachim Vadianum.

a) „fœlicitatem“. — b) „e“ für „æ“. — c) Aus „nostram“ berichtet. — d) Das erste „e“ geschwänzt. — e) „Heydelbergensi“. — f) Die Worte „Procli commentum“ sind nicht sicher. Das erstere könnte mit mindestens ebenso viel Recht „propter“ gelesen werden; das letztere bietet nach der Abkürzung für „con“ die Silbe „met“ mit Abkürzungsstrich und an diese angehängt den zumeist für die Accusativendung „em“, zuweilen aber auch „um“ gebräuchlichen Abkürzungsschnörkel. Wir wagen doch nicht „commentarium“ aufzulösen. „sphere“ darf wohl als sicher angenommen werden. — g) „t“ für „c“.

1) Vrgl. Register zu I. — 2) Nach gefälliger Mitteilung des Hrn. Robert Billwiller, Director der eidgenössischen meteorologischen Centralstelle in Zürich, hat Tannstetter 1510 die Schrift „Sphæra“ des Proclus Diadochus samt dem Commentar des Linacer herausgegeben. Um diese Schrift wird es sich hier also wohl in erster Linie handeln; wir

haben daher die sehr undeutliche Abkürzung vor dem unsichern «commentum» durch „Procli“ gegeben. — Für das Datum fällt in Betracht, dass Vadian auf der Adresse „magister“ und „poetices candidatus“ genannt wird, Tannstetter sich „d(oc)tor“ unterschreibt. Ersteres verweist den Brief zwischen den September 1508, wo Vadian Magister, und den 12. März 1514, wo er „poeta laureatus“ wurde, letzteres auf 1509 als frühesten Termin, da Tannstetter vor diesem Jahr nicht als Doctor erscheint. Mit voller Sicherheit geht aus dem Briefe ferner hervor, dass Vadian damals mit dem Viztum Saurer von Wien abwesend war; was es mit der „inscriptio sepulchro Cæsaris recondita“ auf sich hat, vermochten wir nicht ausfindig zu machen; ebenso wenig, was für ein Privileg eines Heidelberger Astronomen gemeint ist. \*) Könnte dieses bestimmt werden, so wäre damit der sicherste Anhaltspunkt für die Datierung des Briefes gewonnen. Doch scheint auch die Erwähnung des von Tannstetter vorausgesagten Erdbebens einen sichern Anhaltspunkt zu bieten, da unter diesem Erdbeben doch wohl das bei Süß: Die Erdbeben Niederösterreichs (Denkschriften d. k. Akademie der Wissenschaften, 1873, Bd. 33, S. 85), erwähnte, vom 14. September 1509, zu verstehen ist. Der Brief wäre also am 16. März 1510 geschrieben worden.

\*) Nach Hrn. R. Billwiller ist aus dieser Zeit nur ein Heidelberger Astronom Johannes Hasfurt nachweisbar: ein keineswegs bedeutender Gelehrter.

3.

XI 51.

### Rudolf Agricola<sup>1)</sup> an Vadian.

*Krakau. 1511.*

Sehnsucht nach Briefen von Vadian. Bevorstehende Veröffentlichung seiner Epigramme. Nachrichten über Camers und Hutten.

Quod multis meis ad te litteris nihil responderis, satis mirari nequeo; nihil enim optatius unquam evenire mihi arbitror, quam quum<sup>a)</sup> in larario meo eruditissimi viri Ioachimi Vadiani litteras elegantis et eruditas plausibiliter interviso; habeam licet, quo iure gestiam, multorum, inquam, clarissimorum virorum chirographum, ut Hemionis Viroti Burgundi, quondam præceptoris mei et phœnicis litterarii, qui multiuga eruditione suffarcinatus rem litterariam non mediocriter iuivit, Corvini quoque, itidem præceptoris mei, philosophi et poetæ gravissimi, Constantii Itali et Ioannis Anati Siculi, nunc præceptoris mei, extra omnem ingenii aleam positi, et quorundam non sine nomine bonarum artium professorum. Verum enimvero<sup>c)</sup> ut dicam, quod sentio, et libere dicam: nullius castigatores, elimatiores facessat adulatio, quam Ioachimi mei litteras litteratas et sine fuco latinas. — Petis autem, ut, si quid ediderim<sup>d)</sup>, te participem reddam. Crede, amice amicissime, tui honorificam mentionem non sine summo Vadiani præconio fecisse<sup>d)</sup> sæpius. Monet Horatius<sup>2)</sup> editionem<sup>d)</sup> non esse præcipitandam; quod in prologo Fabius repetit. Librum epigrammatum meorum propediem, ut spero, lecturus es. Mi-